



**Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

XI. De infantibus & languidis expositis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](#)

mortuus reperiatur , nec appareat, ut  
trum à patre vel à matre oppressus sit,  
vel suffocatus , extra culpam omnem  
non sunt parentes, indiciturque pœni-  
tentia trium annorum, quorum unum  
peragant in pane & aqua , si quidem *c. ult. b.*  
peccasse in eo intelliguntur, quod in-  
fantem in communem lectum recipi-  
endo, periculo oppressionis vel suffoca-  
tionis exposuerint. Qui matrem occi- *in Can.*  
derit , eodem Jure pœnitere debet per *Latorem*  
decem annos, juxta formam præscrip- *XXXIII.*  
tam. At verò, qui parentem per furo-  
rem occidet , impunitus manebit;  
nam sufficit eum furore ipso puniri,  
*I. penult. §. fin. ad L. Pompej. De parricidio.*  
*I. 14. De officio Presidis.*

## De Infantibus & Languidis expositis.

### TIT. XI.

Omnia quoque inhumanitate & crude-  
litate referti sunt, & tantò deteriores *Novel.*  
homicidio , quantò calamitosiori- *152. in*  
bus id inferunt, inquit Justin. qui *fine.*  
scilicet infantes ac minores septen-  
nio exponunt, seu abjiciunt, ut vel *cnn. si*  
pereant, vel ab aliis, commiseratione *expositus*  
motis, suscipiantur & alantur. Ete- *dist. 17*  
R. 3 *nim*

*I. Necare*  
*4. de de-*  
*agnoſc.*  
*& alen.*  
*lib.*

nim necare videtur non tantum is,  
qui partum præfocat, sed & is, qui  
abjicit, & is, qui alimenta deneat,  
quippe publicis locis misericordie  
causā exponit, quam ipse non habet.

*Qua est pœna exponentium infantū?*

**D**igni sunt pœna homicidii. \* Et si  
pater fuerit, amittit Jus patris po-  
testatis; si Dominus, Jus dominicae po-  
testatis, non tantum si ipse exposuerit,  
sed & si ab alio expositum sciverit, ut  
postea ratum habuerit; atque ita expo-  
situs hoc ipso consequetur libertatem:  

- §. pœna.
- D. de ag-**
- nosc. lib.**

ultraque pœnam, quam meretur expo-  
nens filium vel filiam, privatur succel-  
lentis. Nam eo casu expositus videtur  
incertum parentem habere, qui filio  
non sit dignus, cum filium indignum  
se existimaverit, & proinde merito  
mni utilitate ex eo proveniente cetero  
debeat.

*Qua est pœna exponentium languidorum?*

Idem Juris est in languidis, (id est  
sic viribus ob infirmitatem deficien-  
tibus, ut ad omnem pene operationem  
sint inutiles) ita expositis, cuiuscunq;  
ætatis fuerint, sive infantes, sive Major-  
res. Qui tamen hos suscipiunt, non ac-  
qu

quirunt per hoc in personas ipsorum  
aliquid jus, licet aliud Jure Cod. The-  
odos. obtinuerit, ut videre licet apud c.fin.h.r.  
Gregor. Tholosan. *Syntagm. iuris Vni-*  
*vers. Lib. 2. c. 10. n. 3.*

*An impensas reperere potest alens ex-  
positum?*

Quas Impensas reperere possit is, qui  
infantem expositum aluit, brevitatis  
causa vide apud Azor. ubi tradit, om-  
nia, quæ de parentibus exponentibus 2. v. Mo-  
Infantes statuuntur Jure Civili vel Ca- ral. inst.  
nonico, obtinere in iis, qui per se vel Lib. 2. c.  
per alios commode filios suos alere 16.  
possunt: si verò præ inopia vel egestate  
aut sine dedecore & ignominia eos a-  
lere nequeant, curent, ut in Hospitali  
saltem aliquo, ad hoc pietatis officium  
exitucto, edacentur, prout de servo sta-  
tuit in L. 1. C. de Latina Libertate sol-  
lenda.

### De homicidio voluntario vel casuali.

#### TIT. XII.

Hominem quoque vitæ hominis insi-  
diati nefas esse, ipsa natura di&at,  
quæ cognationem quandam inter  
omnes homines constituit.

R 6

*Quid*